TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0635**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

XXXIV

XIII
21

635.

Nicolai Canussii
Forojuliensis

De Patrie
restitutione
1490

I

XV X IV
24

Nicolai Canussii Juliensis De Patriæ Restitutione

Libri Duo.

(Trascritto da Codice scritto nel sec. XVI)
(avuto da Cividale)

(Iscrizione della coperta in carattere)
(più recente.)

Nicolò Canussio - De Restitutione Patriæ
MS. Ann. 1490

Nicoletti Marcantonio, scrittore del Secolo XVI, nella Vita del Patriarca Ottobuono, codice mio pag. 350 scrive così del Canussio.

=...che pur non sono molt'anni Nicolò di Canussio, pareggiando con lettere la gloria dell'armi de' predecessori, in un suo volumetto distinto in due libri, con verità e con eloquenza restituì alla patria fra tutte le operazioni memorabili de' suoi, e de' suoi Duchi, e de' Patriarchi, e de' Cittadini, che dall'invidia de' scrittori erano ovvero taciute, ovvero ascritte ad altri luoghi.=

1500. 15 augusti. nob. vir D. Nicolaus de Canussio, qui preclarum opus De restitutione Patrie et de antiquitate Civit: Austrie et de ejus nobilitate edidit, obiit in Christo: cujus anima semper in pace quiescat. (Necrologio Capitolare di Cividale - nel Guerra Mss: N° 20)

(Sull' antiporta)

Al Molto Illustre e Reverendo
Sig. Giulio Canussio Canonico d' Aquileja
Signore Osservandissimo.

A le memorie auguste in marmi, e in Carte,
A le tante grandezze, ai privilegi
Dicati al gran valor d' huomini egregi;
Che furo alunni di Mercurio e Marte.
De' ricchi Alberghi a le reliquie sparte,
Che degne fur d' Imperatori e Regi,
E unite in meraviglia hebber tai fregi,
Che trapassaro la Natura e l' Arte.
A la feconda terra, all' aria, ai siti,
Ai sacri Tempi, a le dovitie, a tanti
Heredi fatti del Roman decoro:
Altro non manca, che 'l veder usciti
Gl' antichi Heroi dalle lor tombe, e quanti
Dicesser: Cividal è il Giulio Foro.

Di Emilio Miutino.

Qual fregiato Monil di gemme, e d'oro,
Che nel proprio splendor resti sepolto,
Nè si scopra giamai, poco, ne molto
La cara vista di sì bel lavoro.
Tal nell' alte sue glorie è il Giulio Foro
Dal gran Canusio tuo sì ben raccolto,
Poscia ch' ogni poter a noi è tolto
Di fruir quel, ch' al mondo hoggi è un thesoro
Deh spiega hormai le generose Insegne
Degli Heroi Giuliensi, o Giulio, a cui
Lode non si può dar ch' aguagli il merto;
Così potrai con queste Carte degne
Dar l' ornato alla Patria, a te, e a lui,
Che con la penna sì mostrò sì esperto.

Dell' istesso

(Questi versi sono in caratteri del Seicento)

(Incomincia il testo, in bel carattere
del secolo XVI con iniziali miniate.)

Si vis hosce videre: e.... necessum est
Dii scitos cannusi mei libellos
Exactim: et bene cum pensitare:
Oro te legito aure submoranti
Transcursim: nequeunt placere prompti
De sacra Aonidum penu sororum
Non ut sic trivialiter loquuntur
Sed caste: a triviis procul seorsum:
Quoi linguę veteres diu quirites
Vel plusque imperio sane studebant:
Hoc si feceris: hinc benigne lector
Priscas urbis originationes
Et quę plus aliis domus nitescant:
Terracque situs benigniores
Quibus sat bene scire Juliensis:
Nec desito fides: quam ubique prestat
Ut decet valide curiosam
Scriptor candidus: elegans: politus:
Ac rerum eo omnium priorum
Quoi si non bene subtonabit auris:
Jam tum dispereat male oblocutor
Tinnitu ocyus aurium maligno
Sic vivas decies decem Sibyllas.

- Finis -

NICO. CANV. IVLIEN.

DE. PATRIAE. RESTITVTIONE

cap. 1.

Marcus antonius Sabellus de situ patrie, aggressus historia suffragiis totius provinciȩ emendicatis hunios nititur illustrare: cunque antiquitatis omne illis defieri argumentum non ignoraret: Julii civitatem apud rerum primordia inficiatus Aquileie solum participari vetustate profitetur. Ut igitur Hunium famigeraret: Julium suppressit ratus defuturum qui olim insidias huius historiȩ enodaret. Ne me lege Sabelle: adsum Julii alumnus si suffragator hereditariis patriȩ laudibus tuȩ cursurus historiȩ: quas ipse preteriens obliquata cervice subnervasti. De situ preterea Juliensis agri tum alpestri tum campestri opere nostro alio vicatim discusso quam Sabelle truncaveras: ea nobis intexta est copia ut margis quantitate cum provinciȩ reliquo possit ȩque contendere. Nunc ab oppidi antiquitatibus ordiamur. –

Cividale fond. da G. Cesare e da lui denominato.

Cividatum oppidum, teste Plinio, a conditore Julium prisca appellavit antiquitas. Quod ad Natisonem contra Germanos pro castris Julius Cęsar opposuit, cum effrena barbaries itineris comoditate has fauces emensa crebris incursionibus provincia lacessebat. Ut autem Julii nomen ammiserit, ni alia nulla quam bellica cum oppidi excidio cuique constare potest; nam innovandis ędibus, dum scrobes excavant, reliquię ex triplici ruina oppidum celebrem fuisse testantur, ut alibi marmoreas deprehendimus tabulas Romanorum nomina cesim inscriptas, quos accolas fuisse loci nulla potuit oblitterare vetustas;

Rovinato tre volte.

Antichità ivi trovate.

emergunt alibi pavimenta lapillis cesim effigiata variegatis romanę antiquitatis argumentum: alibi artis decus sculptorię excisas e lapide vides imagines vivos homines imitari. Demum oppidi ambitum ubiquunque, terebrato solo, reseravis ad fabrefactam molem conspicis ex multiplici ruinę inique sepultam: inque predio oppidi attiguo lapideas urnas passim effodimus pro ferali pompa vetustatis cineres esternantes. Prędium est quoque preterea

Sepolture ebraiche antichissime

sub ipsum oppidum hebreo nomini in sepultura divisim addictum, quod hebraica perfidia a diluvii desolatione precipuum sibi summa religione constituit; ibi namque in epytaphiis vetustissimum omnium legitur solemni saxo hebraice excisum, quod duum millium annorum seculis ante Christi nativitatem humatum hominem eodem loco indicat extitisse. Superest adhuc etate nostra longeve antiquitatis exemplum, Aquileye primordiis comparandum, murus immense molis, qui a divi Silvestri phano ducens exordia, ac oppidum subinde amplectens, in occidente, ad Natisonis rupes terminat, ubi divi Francisci cenobium celebrem imoratur. Quis Julium negaverit Romanam fuisse coloniam, cum tot antiquitatum monumentis exuberet! Num decuit hec emulare Sabellum vetustatis insignia pretetisse, neque dispuduit Juliensem historiam prophanasse, cunque piis fabulis esse inficias! Restituenda igitur patrie est, vel quantum historica veritas patitur.

cap. II.

Attila distrugge Aquileja e Cividale

Deleta Aquileia, Romanorum deinde castris ad Natisonem superatis, Julium oppidum diruit Attila; quantum cronice

Giulio carnico distrutto

vel parcius adnotatum. Julium atque carnicum provinciæque reliqua loca passim diffusa iisdem temporibus verisimile est deperisse.

Concordia distrutta

Quinquidem sub percussore eodem Concordia rerum uberrima desolationis vicem incidit in eandem. Re itaque publica ad interitu cunctim peracta.

Udine fondato dagli Unni in memoria della strage

Hunnium ab Hunis Attila conductitiis ob stadis universalis memoriam indelebilem tumulo ponitur, a sui primordio inimicum provinciæ nomen auspicatum.

De Julij omnimoda desolatione. cap III.

Absumpta ab hostili clade provincia, rari quippe qui se se ex fuga meta interitus ad Alpes inter feras contulerant, ab excidio superfuere, quis exterminata ab

Rovina di Cividale

hostibus patria linquitur, hi posterea ab Alpibus descendentes, intraque oppidi mœnia ut hostis Juliensium sedes fuerit demolitus conspicati, agrum ipsum Juliensem ex arbitrio nullo imperante vicatim raro quidem loco pro exili numero seculis aliquot involuerunt: atque usque adeo hæc temporum perduravit iniquitas, quoad pro incolis feræ, pro turre quercus annosa, pro domibus dumi succenturiarentur, inque umbrosum lucum oppidi facie imutata Julium

nomen hians exhalaret.

De Attilę interitu. cap. IV.

Attila muore

Attila (rerum successu ad imperium invitante) cum liberis in eam usque diem se carere haud equo animo ferret, hereditaria prolis cupidine delibutus, matrimonio iungitur; inque nuptiali pompa, inter proceres mensis accumbens, ex edulliis cenam appipare helluatus, cum inter crapulandi pro more barbarico spumosos calices plures ingurgitasset, surgens a cena petulentus, novę nuptę concubitum petiit; ubi crapulę nimietate, ac coitus studio, repentinę mortis insidiis intercipitur; nam e dormientis naribus sanguinis [illegible], hausto fluore tacitus interiit. Hunni qui cum eo militia gesserant cognita morte ducis, ab Italia decedentes in Panoniam se receperunt: quos Alboinus rex benigne susceptos pro amplitudine regni pataria abunde participavit. Horum exitum ab Italia, exercitus reliquus nullo, suffecto Duce divisus dispalatusque secutus est.

Unni abbandonano l'Italia

De oppidi instauratione prima. cap. V.

Per ea tempora Oreste a militibus in urbe occiso, qui pro Augustulo admodum puero Imperii summam tuebatur, Imperiique vices Odoacre Ruthena-

Odoacre da' libertà agli Italiani

norum duce subeunte, ne sibi de Imperio refragaretur, populis per Italiam cunctim libertate promissa, ut pro arbitrio

Cividalesi rifabbricano la Città

res publicas administrarent, his qui Juliensem agrum incolebant, instaurandę patrię, sub tanto duce, cupido incessit; ratique sunt satius intra menia claudi, atque pro urbano more vitam producere, quam foris inter armenta sordescere. Instaurationem itaque aggressus, ex cuine reliquiis ędes sibi quisque novavit. Integrato denique oppido, qui rem publicam administrent Decuriones deligunt, facto

Cividatum, perchè donato ai cittadini.

delecto ab effectu donatę libertatis Cividatum oppido nomen auspicantur.

De Gottorum in Julium adventu deque pugna ad Sontium amnis cap. VI

Odoacro in Italia mitius imperante, Theodoricus rex Gottorum animo volvens pro soli sterilitatem finibus auctioribus Thracia proterminare, validissimo coacto exercitu, finitimas regiones circumquaque depopulatus expugnabat. Quem fęlici rerum successu formidolosum habuit Zeno, Bizantii imperans; quo igitur tantam virium potentiam a suis finibus revocaret, de invadenda Italia Theodorico persuasit. Is consiliis annuens loci sterilitate exercitum trahens a Thracia cum coniugibus, promiscuique sexus populo

tumultuario mediis ellapsis Achivis Illiri=
cis primum, ac deinde Liburnis bello su=
peratis, in Timavi Iapidis arvis ad Soncium

Goti accampano all'Isonzo

castra posuit. Odoacer interea (fama in=
crebescente) Gottorumque in Italiam ad=
ventu ab exploratoribus cognito, compa=
ratis undique ex Italia viribus, Julien=
sium conatu adhibito, in citeriori flumi=
nis ripe, quo Gottis transitum prohibe=

Odoacre si accampa dove poi i Veneziani contro Turchi

ret, copias opposuit, iisdem ferme locis, u=
bi nunc Venetorum vallum e cespite
compactum Turcorum incursionibus nos=
tra etate fuit oppositum. Memini nam=
que dum valli moles construerentur ex

L'autore prefetto alla costruzione dei valli veneti

operi prefectis unum me fuisse; cum
ergo ad molem cespes effoderetur, ossa ex
ea strage semisepulta vidimus extasse,

Ossa quivi scavate

que a vado fluminis contra Polianum
vicum Gradiscam usque cunctim acer=
vatimque excesa iacebant. Theodori=
cus itaque pro necessa populorum copia
iisdem arvis diutius nequiens immo=
rari, (amnis vado pretentato), armato=
rum copias traicit; superato itaque
flumine, atque copiis utrinque instruc=
tis, collatis signis, ab utroque exercitu
hinc et inde concurritur; primoque

Battaglia di Teodorico e Odoacre

congressu, diu nutante victoria, dura
committitur pugna. Interque pugnandum

Cividalesi combattono contro Goti infelicemente

Teodorico vince, Odoacre fugge a Ravenna

Julienses belli primitias pertinaciter ineuntes, hostium multitudine oppressi ceciderunt: Odoacrique cetere turme pas-sim profugate usqueadeo cedunt, donec hosti cedere et a loco decedere oportuerit Odoacrem, qui cum paucis effugiens post longi itineris dispendio Ravennam se se recepit.

De oppidi excidio secundo. cap VII.

Theodoricus cede crassatus Italiam, fuso O-doacro, ejusque deleto exercitu; cum ex cladibus provinciae per Attilam ingestis,

Teodorico distrugge Udine

demta Hunnii arce, queis parvo erat presidio, oppidum aliud instauratum non esset, omnibus castris Julium aggre-ditur viribus exhaustum, quoniam vis eius omnis armatorum cum Odoacri copiis ad Sonium in bello perierat;

Distrugge Cividale

nullis itaque repugnantibus capitur, diripitur, ac simul diruitur, ratusque ex hostis hoc Italiae hostio, nil vivum a tergo relinquendum, quod arbitrarium prohiberet egressum. Senes cum fem-mineo sexu ac tenera iuventute, qui-bus ob invaliditatem parcendum du-xerat hostis, ab excidio evasi, in Julien-si agro villarum diversoriis se recipere permittuntur, ubi regendum esse oportuit, quoad Dii meliora velint.

De Theodorici cum Odoacro imperii societate. cap. VIII.

Gotti Forijulii subacta provincia, civitatibus per Italiam aliis expugnatis, aliis presidio destitutis se se redentibus, summa rerum potiti, Theodorico imperante urbem Ravennam adorti sunt expugnare; quam Odoacri presidio munitissimam, in alia bellica nulla, quam obsidione capi posse conspicatis, positis ordine castris, obsidere statuerunt. Cumque per triennium ea obsidio frustraret, ob comeatus a mari navigiis importatos, de componenda cum Odoacro pace Theodoricus consilium cepit; Soluta itaque obsidione icitoque federe impium inter utrumque regem sociale condicitur, ut una ambo imperentur: sicque imperii paritate composita Theodoricus regnatur et Odoacer.

De morte Odoacri Theodorici patrata insidiis, deque oppidi instauratione 1. cap. IX.

Imperio consortium diutius non perferente, Theodoricus in Odoacri necem molitur insidias: nam Odoacro ad cenam vocato, virulenta pocula venenarius obtulit poculator; quibus degustatis, exanimatus Odoacer morte concidit subitanea. Theodoricus ubique Italię tunc solus

regnat, neque eius imperium; tametsi administraretur a barbaro, intolerabile fuit. Theodorico deinde vita functo, a progenie in progeniem eius septem et triginta annos Italię devenit imperium. Ea tempestate Iustenianus Bizantii imperans, qui contra decus imperii ratus est Italiam a barbaris occupari, virtute tum Bellisarii, tum Narsetis expugnata barbarie, eam redemit. Restituta itaque ad pristinam libertatem Italia, quę ab excidio Juliensium adolevit iuventus, natalis patrię diu instauratione affectata, ab agro demigrat ad menia, ubi conatibus totis oppidum redintegratur, munitur, ac incolitur. Reipubblicę administratio nobilitatis generosę primoribus creditur, ac oppido nomen Cividatum innovatur: situs siquidem ea benignitas est, quę eo homines allectet, ut se destitui non patiatur.

Sotto Narsete, Cividale ristaurato

Governato dai nobili

De Romanis litteris ab Julio exulantionis cap. X.

Italia bellorum jactata turbinibus veterem inde exuta senectam (barbarie presidente) in alienos mores ceperat inquinari; hincque ad eadem tempestate, academia exhausta thesauris, romanum eloquium in nostram usque ętatem

lingua latina perduta,
e non ben rimmessa dalla stampa.

esculans delituit, quod impressorum cura nondum plene potuit integrari, cum et Marci Varronis tum et Nigidii, veterumque plurium deperisse volumina constet; Livii nec non ex decadum maior constans historia, pleraque artis rhetoricę subsidia alia, videantur illis exhalasse temporibus; rem inquam sęcuras cunctis profecto indignam. Verum quodcunque est, habenda gratia scriptorię opificibus artis quorum munere prostrata suscitantur męnia.

. . . . Narse . . Italiam . . . . . cap. XI

Iustinianus ab Zenone per sucessionem Bizantii imperans, pulsis Gothis, Italię assecutus imperium fortunę tergiversantis facilitatem minime ementitus ne si alterum tueatur imperium, intercapedinis dispendio alterum absque presidio dimittere oporteat, Romani imperii administrationem Narsi demandatam, romanorum reclamatione Longino suffecto, ab ipso Narsi summovit. Narses ergo manubiis contra Gottos pro palmam quesitis ęre conflato immodico, imperii administratione edito, Iustiniani Longhino permissa, cum pecunia omni Neapolim se recepit, ubi dum residet, ob acceptam

depositionis injuriam, a Justiniano defi-
ciens, missis oratoribus Alboino Longobar-
dorum regi, qui per ea tempora Pan-
noniam occupabat, de invadenda Italia
persuasit, se se illi cum pecunia omni,
viribusque omnibus auxilio fore confe-
derans, quoque eam gentem ad obeundam
provinciam, atque .... alliceret, secum
deportatos diversi generis fructus, orato-
res inter proceres diviserunt; quorum
gustus fidem dictis adderet, Italiam
sub eo clymate sita quę Europę pro-
vinciarum jucundissima sit et aprica.

De Juliensium .... Alboino. cap. XII

Longobardorum rex Alboinus, Narsis legatio-
nis annuens consiliis, mitescentisque Ita-
lię fructuum suavitate degustata, imu-
tandę sedis cupidine delibutus, ex Panno-
nia undique viribus contractis, frequen-
tissimoque contracto exercitu, Saxonum
armatorum XX millibus adhibitis, sociali
conditione Italiam invasurus, cum coniugi-
bus tumultuarisque populis, ac ceteris
impedimentis iter aggreditur. Per Carin-
thios itaque copiis traductis, atque subinde
per Noricos Taurisos, qua defluit Na-
tiso faucibus superatis, Julium, quod
primo aspectu opponitur, expugnaturus
castris omnibus obduit. Oppidum

Alboino cala in Italia

a Gottorum excidio viribus nondum integratis, tot armatorum copiis adiacentibus consternati, amicalique presidio undique destituti, atque per elapsi temporis curricula expugnationem experti ad populorum tendere internicionem, condita cum Alboino pace, se se oppidumque dedidere

Cividale si arrende ai Longobardi

---

cap. XIII

Alboinus per deditionem oppido occupato, ut exercitum tumultuariosque populos ac feminei sexus cetera impedimenta ex itinere affectos per quietem et alimenta reficeret, dies aliquot ibidem statuit immorari. Qui hoc Italie hostio provincie universe preesset, ducem instituere consilium iniit, quoque addicendam regionem oportunius specularetur, cum paucis excelsum montem conscendit, indeque quantum in oram Venetam oculi tuor potuit emetiri, tantum marginis demandavit ducis subesse imperio. In oppido subinde reversus, discussa pro meritis cuiusque virtute, ex procerum cetu, qui magnanimitate et consilio antistaret Gisulphum eius nepotem omnium aplausu, assensuque delegit. Gisulphus ad ducatum evectus, ex nobilioribus exercitus universi, quas vellet fami=

Vi crea un Duca, dandogli tutto il paese che vede da un monte.

Gisulfo nipote d'Alboino creato Duca

nobili e cavalli: con lui rimasti

lias secum incolas habiturus, a pa=
truo conditione accepit. Familiarum i=
gitur facto delectu; equorum preterea
gregibus provisissimis per Gisulphum
ex multitudine sublatis, Alboinus in
reliquum Italie, inhians moras erum-
pit.

De Taurisii deditione. cap. XIV

Trevigi capitola ad Alboino

Gisulpho Julii sedem ducatem assecuto, am=
plissimisque familiis oppido oppleto,
Alboinus felici letus auspicio, cum
exercitu reliquo Taurisium recta con=
tendit; ubi positis castris, oppidani
quamprimum voluntaria deditione
edixit; in sese dederint, populi inter=
nitionem simul ac oppidi eversionem
funditus cominatur. Dum itaque in=
cole deditione per consilia cunctaren=
tur, percitus ira Alboinus, instruc=
tis aciebus ad expugnationem accin=
gitur. Felix oppidi antistes, cuius con=
silio populus utebatur, cognito belli
apparatu, videns excidium immine=
re, secum adhibitis civibus aliquot,
omnium assensu in castra descendens,
per deditionem Alboinum demulsi=
tur. Condita igitur pace, strepitu=
que armorum quiescente, Alboinus
cum delecta militum manu in op=

pidum introducitur, ubi fide a singulis accepta, oppidum munivit relicta custodia, reliquas Italię oras invasurus.

. . . . cap. XV

Taurisii administratione sub custodia constituta, dimotis castris Alboinus per Cimbros se se dedentes Veronam pervenit; quam expugnatam, pro magnitudine ambitus, regiam sibi constituit: ubi tumultuariis deinde populis ac fęminei sexus impedimentis sub custodia relictis, exercitu viritim exacto, Liguriam omnem invasurus accingitur. Castra igitur inde movens, mox Brixia, postea Pergamo, ac deinde Como per expugnationem potitus, divisis singulatim presidiis, Mediolanum parili expugnatione assequitur. Regno igitur his finibus auctis, cum ingenti gloria Alboinus Veronam regreditur, ibique ob quesitam victoriam ludos fieri publicos voluit, exercitus vero in coniugarum suorum amplexibus dies aliquot bellorum labores ocio dedit. Libuit nobis de Alboini historia hęc vel truncatim percurisse, quo illi gratia haberetur, qui Iulii oppidum finibus auctioribus preterminavit; quodque tum per

Verona presa da Alboino e fatta sede reale

Attilam, tum per Gottos in eo fuerat prophanatum, hic ducatus amplitudine constituta dignitate, viribusque potioribus instauravit.

De Julii excidio III a Bavaris ... cap XVI

Paulus historicus genere Longobardus Julii oriundus, capite de eius genologia ut ipse testatur, qui Longobardorum scripsit historia Cividatum Forojulium appellavit, tercium ab Cacano Bavarorum rege, oppido illatum fuisse refert excidium. Nam cum Gisulphus ex occulti odii iniuria a rege defecisset, rex ipse quo vindicaretur, missis ad Cacanum Bavarorum regem oratoribus iterata prece deposcit, ut totis conatibus in Gisulphum Juliensem ducem irrumperet, inde spolia ampla relaturus. Cacanus pro more barbarico prede avidus, contractis e Suevia omnique Bavaria viribus, frequentissimo coactu exercitu, per Noricas Alpes ingressus Julii fines populatur; quod Gisulphus accepit, subitaria mox provisione, quot quot ex Longobardis simul ac Juliensibus potuit aggregare secum, in Bavaros ducens noctu obviam opposuit; dilluculante subinde aurora cum excitaretur atque evibraretur

Paolo, istorico, di schiatta longobardo oriundo da Cividale

Re Longobardo chiama Avari contro Gisulfo per punirlo

atque buccinarum clangor exercitum utrinque in bellum acivit, nec segnius ubi pulsis tenebris, nox ivit in diem, hinc et inde ab instructis aciebus concurritur. Julienses igitur pertinaciter pugnam ineuntes haud modica strage hostes affecerunt; inde Cacanus pugnam redintegrans copias alias passim succenturiabat... Nam exercitus multitudine, Gisulpho plurimum antistabat. Bellum itaque nutante victoria cruentissimum cum Bavarorum strage ad meridiem usque protenditur; postremum denique Longobardi hostium multitudine superati, ac belli difficultatibus fessi, pugnę labores amplius non ferre valentes, hosti cedere, et a loco decedere impelluntur, interque cedendum Gisulphus cum paucis resistens ab hostibus intercipitur ac truncatur. Cacanus tametsi cum exercitus sui strage non modica campestri pugna victor evaserit, Gisulphi provinciam nihilominus oppidumque expugnaturus aggreditur; positisque ad Natisonem sub ipsum oppidum castris, dum celeri conspiciendus equo speculatur, qua parte demoliri męnia possit, Romulidą oppidi ducissa con-

Battaglia perduta da Gisulfo contro Avari

Gisulfo ucciso

sortis oblita Gisulphi, hostem forma
conspicuum vivida iuventa micanti pe=
ctore crispoque crine humeros inumbrate
equum calcaribus lacessentem augustum
denique specimen e menibus conspi=
cata, mox eius flagravit cupidine, in=
que postremum libydinis abdumpta
pro lubium, nil ultra consilii capiens
quam esse nephando thoro concubitum,
sceleri quod cogitarat accingitur, quo
liberum voluptati concederet spacium.
Nuncium Cacano destinat, qui referat,
opes sese, oppidumque daturam, si
patiatur et connubio iungi. Cacanus,
ut erat natura fedifragus, ac turbi bar=
barie omnium iniquissimum animo
volvens, dolus sit an virtus quis in
hoste requiret: cum Romulida nuncio
aucto federe, spondet connubium, seque
Romulide votis per omnia obsequtu=
rum. Nuncius hec ubi dicta refert,
Romulida prae libydinis bauata pro=
lubio viri amplexus efflagitans mi=
sere, omni sublata mora, e propugna=
colis submota custodia, depositis armis,
omnia conquiescere minatur. Oppidi
igitur sedato tumultu hostis eiusque
exercitus omnis introducitur, caritalis
thori sponsalia hec confarratus. Caca=

Cacano cogli Avari prende Cividale per tradimento di Romilda duchessa.

nus ipse primum cum delecta militum manu Romulidę regiam invadit, liberos eius captos in custodiam tradit, opes simul diripitur omnes. Exercitus reliquis per urbis vicos desceviens quoscunque obvios trunicat, domos occupat, easque diripit omnes. Julienses alii e muris in preceps desilientes, alii per portas urbis evadentes, nonnulli arreptis armis ferro inter hostes iter aperientes, quo se e cede eximerent salutis spe alia omni interdicta, mortis destinatę vices evasi, per fugam vitam suscipiuntur. Cacanus per oppidum cunctum patrato excidio, prędą spoliisque in castra abductis, quo barbariei deservientis postremissimam crudelitatem ex animi expleret libydine, immisso igne oppidum incendiis conflagravit, quodque molis meo, ab Gottorum excidio, ad ea tempora impenso labore congestum extiterat, una scalaria dies absumpsit. Nephandam de hinc scelestam pollutamque mulierem pereuntis patrię causatam excidium, militibus stuprandam pubblicavit, quam deinde morte affecit turpissima. Cacanus, ut ex oppido, in quo amplius deseviret, nil preter cineres vidit superfuisse, inde castra movens, cum

Cividale saccheggiato e incendiato dagli avari

Romilda stuprata dà soldati e morta

preda spoliisque victor in patriam redi-
tum studet; in ipso itinere igitur Taso
et Caco Ducis filii Agisulfi, in custodiam
. . . . a somno sepulta custodia citiclam-
que conscendentes equos per noctis silen-
tia ex turmis se se expediunt, expediti
calcaribus sonipedes increpant, citatoque cur-
su fugam accelerant. Itineris longi dis-
pendio consumato, patrios demum lares
repetunt anhelantes: quorum adventu
provincia undique confluente, paren-
tis Agisulfi omnium assensu, applausu-
que vices assecutum. Cacanus cognita
fuga ducum; ira percitus tenere iuven-
tutis sexum promiscuum prędatitium
vendidit sub corona, virosque ceteros e
preda selectos capite iussit truncari.

Taso e Caco figli di Gisulfo, fuggono dalla prigionia degli avari

Cacano uccide Cividalesi prigionieri

Tasso et Cacho patriis laribus restituuntur

Caps. XVII

Adolescentes Taso et Cacho per fugam
hostili iugo soluti, ac in tutelam pa-
triç recepti, patriis laribus restituuntur.
Quos, ubi adoriuntur vestibulum ante
ipsum, atque in foribus ipsis, proh fa-
cinus, famulitum stragem dexcidio
tabescentem haud sine lachrymis
conspicati, destitutas, direptasque ędes
introcapessunt, easque angulatim recen-
sentes, lacunaria alibi, auratasque tra-
bes semiusta consistere; pictos alibi

Taso e Caco ritornano in Cividale

parietes caligine inumbratos oblinitos, alibi ædium partem collapsam, alibi igne absumptam, direptas Julienses que opes, et lamentabile regnum deplorantes, lachrymis tristantur obortis. Nam funesto lugubrique spectaculo astabat regulorum comitata presentiam ex utroque ordine tumultuaria turba ab excidio per fugam, patriæ casum illachrymans, singultibusque ingemiscens. Regia omnis interea gemitus undique ac lachrymas resonabat. Ubi lachrymis datus est locus, in dicto silentio, ejulatuque sedato, ex patribus senior, qui consilio et auctoritate antistabat, opifici summo pro servatis ducibus gratiam referendam exclamat; ipsorum reditu instaurandam patriam ominatur; purgari deinde iubet oppidum tabe, humandaque esse cadavera terræ, nec quis amplius luctus mœrentia pectora rumpat; fortis et constantis animi esse non perturbari rebus asperis, nec tumultuante de gradu deiici, quin imo instaurandæ urbis provinciam esse ex animo obeundam; subiectorum opem ultro affuturam, pro sepulta strage non defuturos, qui succenturiari deposcant, et his nostris cunctis simul consistere rebus. Senioris itaque compro-

bato consilio, plebes monitis acquiescens,
inque genua sese adpronans, opificem
summum supplicia prece deposcit,
ut votis annuat, et dictis fata secundet.

Gisulfus ducatum ..... civibus cap. XVIII

Cividale ristaurato — Subsidio auxiliarique opere fabrorum atque
mannaria opera, ex utraque provincia un=
dique confluentibus oppidum integratur.
A competitoribus qui desertas ab excidio
sedes incolerent, vicus omnis et compita fre=
quentantur. Grasulphus interea ex fami=

Grasulfo parente di Gisulfo tutore di Taso e Caco, presiede il governo — lia eadem iisdem parentibus a Gisulphi
frater unicus, qui apud reges inter pro=
ceres eminebat, affinitatis iure nepotum
tutelam et administrationem admittitur
subintrare. Is ut pedem intulit, popu=
lis undique et subiectis nationibus ex
utraque lingua sibi conciliatis, non am=
plius administrare, sed imperare innititur.

Taso e Caco disgustati di Grasulfo riparano a Benevento presso Arachi Duca — Nepotes Tasso et Cacho oppressi, patrue=
lem injuriam egre ferentes ad Arachem
ducem Beneventum confugiunt; quos
benigne susceptos, domi diutius est aluna=
tus. Quantum vero regnaverit ipse Gra=
sulphus, ejusque posteritatis successores,
ne cuiusque eorum singulatim gesta
contexerim, operis nimietate truncavimus,
tametsi ad decus urbis hec relatio redun=
daret. Duos de viginti tamen successive

duces in Julii oppido, tum ex cronicis, tum ex Pauli historia seculis pluribus regnasse colligimus; quorum sedem Rosmunda regina Austriç oriunda, omnium novissima subentravit. Quę viduata Luitprando rege Longobardorum, morque per Aldeprandum regno occupato, ipso suadente, in Julii sedem secessit. Ubi primum igitur ad ducatum regina fuit admissa Civium generosę nobilitatis conspicata presentiam, quorum consilio in difficultatibus utebatur; reliquum vitę sibi sine curę pro terminavi. Ducatum administrationem civibus est elargita. Patres deinde ex nobilium frequentia, qui rempublicam administrarent definito numero conscribuntur. Ubi primum senatus haberi cepit duplici occasione oblata, senatus consulto ad posteritatis memoriam decretum est oppidi nomen immutari, compositumque nomen et appellatione reginę et episcopii dignitate, Austria civitas oppido inditum est. Ab eadem denominatione provincia universa nomen dimidiata seculis aliquot Austria dicta est.

Rosmunda regina dell' Austria succede al governo del Ducato friulano, dessa era vedova di Luitprando Re de' Longobardi, e Aldebrando re quivi la pose

Rosmunda affida il governo ai cittadini di Cividale

Consiglio de' nobili creato in Cividale

Cividale, cambiato nome, denominasi Città d' Austria

De ducatus Juliensis imperio. cap. XIX

Dispersa ducum vel truncatim historia, eorum imperii liceat, et dictionis fines concludere. Refert noster Paulus histo-

Ducato del Friuli diviso in alpestre e piano

~~fumi~~ Il piano da Lisonzo a Livenza, da Monte Croce a Marano

L' alpestre sino a Medaria promontorio dell' adriatico ove il vico Medalino, comprende Norici, Japidi, Liburni

ricus Alboinum Longobardorum regem in ipso primum Italiæ ingressu, Juliensis Ducatus sedem amplis finibus auctam, duce creato, digredientem reliquisse. Hinc itaque fines Ducatus duplicem amplecti provinciam, alpestrem alteram, Sclavorum appellatam, Forojuliensium quoque alteram campestrem, scriptum reliquit. Campestrem utique, quam magna fertilitas operit hujus principiis terminatam adscripsimus ab Sontio amne notissimo ad Liquentiam longitudinis dimensione constare; ejus quoque latitudinem ab Alpe Crucis ultima Carnorum ducentem exordia ad Adriacum mare in Mariano desinere. In Taurisis vero Alpibus quæ Carnis angulo adpliciore cohærent, ubi plena vallis inest, alpestrem Sclavorum provinciam limina posuisse idem Paulus scripsit, eamque longe lateque diffusam in Medariam promontorium mari Adriatico imminens terminari, ubi ad radices frequens est est vicus Medalinum a promontorio denominatus; quod promontorium quidem Liburnos disterminare ab Illiricis dicitur. His namque finibus usquequaque productis Norici primum, deinde Japides, ac demum Lyburni successivo ordine comprehendunt, quos appellatione regni eo carmine adstipulatus est Maro: Anthe-

nor potuit mediis elapsus Achivis, Illiricos penetrare sinus atque intima tutus Regna Lyburnorum et fontem superare Timavi. Fascinum ergo splendorem Juliensium, hecque famigerande vetustatis insignia profecto Sabellum minime decuit eo dato ordine pretereuntem supprimere; qualia non unquam sic prisca tulerunt secula, nec unquam forte fictura dabunt.

Liber Secundus.

Cividale capoluogo invece di Aquileja.

Pro Aquileia vices dominandi Julio oppido subeunte historiam scriptorum vel emulatione intercisam, vel ignavia obliquatam excamurgati, libro proxime contexto absolvimus; quod superest de Juliensi ecclesie dignitate, deque sedis Aquileiensis translatione, ac de modernis temporibus, quo minus historia desinat imperfecta, secundo hoc et novissimo libro haud ab re duximus enodare.

De Episcoporum Juliensium dignitate cap. I

Paolo Patriarca Aquilejese fugge in Grado alla calata dei Longobardi

Fato nondum calamitatibus saciato, quas primum Aquileje, subindeque Provincie, Attila, ac deinde Gotti cum populorum internitionem intulerant, novissima Longobardorum invasione ingruente, Paulus Patriarcha, quo manus hostiles evaderet, Aquileia deserens cum the=

sauris ecclesię in Gradense secessit oppidum, maris alluvio a terrestri limite circumquaque distractum; ibique voluntario degens exilio annos plures exandavit; quoad Aquileiensi appellatione exhalante, Gradense nomen sibi sedes est auspicata. Per ea igitur tempora pulsis Gothis, ac Longobardis Italiam occupantibus, Gisulfus dux Juliensium, cui Forojuliensem provinciam obvenit in sortem, egre ferens sedis Aquileiensis tam humili loco translationem, impendio conatus est eam a Grado revocare, quo illam urbis decori et ornamento futuram, secum intra Julii męnia sisteret. Quod cum antistitis pertinatia assequi nequisset, novas in ipsum mollitus insidias, a Pontefice maximo episcopii Juliensis novam sedem necessitu Dinariam exoravit. Institusque in ea primum Maxentius pastor, eo administravit diocesim, quoad ducatus imperium praeterminabatur. Supersunt quidem in hodiernum diem episcopatus huius indubitata vestigia memoria indelebili publico loco extantia; namque episcopalis ea sedes e marmore gradibus eminet infracta ad aram vetustissimi phani, quę adhuc illis temporibus fuit extructa, fidem dictis adstipulans. In ea itaque Maxentio vita functo, suffectoque Fidentio annosa ętate

La sede aquileiese prende nome di Gradese

Il Patr. Gradese ricusa venire a Cividale, chiamatovi da Gisulfo a per. sede

Massenzio primo Vescovo di Cividale

Memorie del Vescovado esistenti in Cividale

Fidenzio Vesc. di Cividale

Amatore vescovo di Cividale

occiduo, viteque moras non amplius perferente, Amator tertius atque novissimum omnium presul sedem eandem fuit adeptus.

De Juliensis Episcopis ... . cap. 11

Vescovo di Cividale regge la Diocesi Aquilejese

Patriarchalis sedes Aquileiensis nominis enervata splendore Gradensi nomine obsoleto, eademque obnubilata in equoreis fluctibus dum arctatur oppidulo, Juliensis Amator episcopus ducis suffragiis diocesim cunctam subministrat. Sede itaque huiusmodi fluctuante turbinibus, Calisto morum ac sanctitudinis pertinaci eandem ut vacantem assequendi cupido incessit, quoque affectata sedis Fidentius obeundam aggrederetur provinciam Luitprandi Longobardorum Regis habenas regentis imperii potissimo adminiculatus, presidio ab apostolica sede ipsam Aquileiensem est assecutus. Cumque illi ab urbe digresso ob episcopatus Juliensis circa diocesim manifestarium interesse, a ducibus urbana cunctis residentia interdiceretur, Cormonem presul primo ingressu adiens inter turbas rurales cepit diversari. Quod sine episcopatus Juliensis emulatione fieri non potuit, cum patriarchalis amplitudo sibi demum honoribus humiliore, legata loco sordesceret; adversasque illi Juliensis epis=

Calisto Patr. Aq. protetto da Luitprando re de' Longobardi

Calisto fa il suo ingresso nel Castello di Cormons, e vi risiede

copus in frequentissima civitate nobilium sequela stipatus, gestuosusque incederet, ac de ipsa Dioecesi cum patriarchali sede contenderet. Calistus interibi volens uti foro arduis rebus gerendis accomodati temporis oportunitatem obnixo silentio prestolabatur. Cum ecce Peno Dux Juliensium cum familiis ad Alpes per ocium equitasset, impiger Calistus Ducis absentia cognita equitatu familiari comitatus peditorum rusestri cohorte adhibita ex Cormone ictus Julium venit. Ibique deprehensum Amatorem episcopum ab sua sede eiecit, eiusque ædes sibi ad incolendum adsciscit. Quem ubi Peno, intrusum eiecto Amatore offendit efferatum in iram vinctum in custodiam tradit, fame subinde increbrescente Aquileiensem patriarcham prehensum detineri, Luitprandus rex, qui Calistum patrocinio tutabatur sibi ad perinjurium ducens prehensione Calisti, Penonem Ducem eo persecutus est, ut ipsum oportuerit a provincia penitus exulare, ac in Alpibus Sclavorum privatim delitescere. Restitutus denique Julii Calistus, pulsi Amatoris ædes demolitus, pro amplitudine patriarchali eas ad fabrefactas juxtimque phanum solerti cura novavit, eaque Aquileia sedis translationem primus Julii sistere

Calisto occupa la sede del Vescovo di Cividale in assenza del Duca Peno

Peno arresta Calisto Pat.

Peno perseguitato dal re fugge nella Slavonia

Calisto ritorna in Cividale erige il palazzo patriarcale e la chiesa; è il primo patriarca residente in Cividale

voluit

Sedis . . . . . . Temporalis ... cap. III

Julii sedente Calisto, Penoneque duce ob iniuriam illi carceris illatam in exilium acto, a Luitpriando rege, qui et ipse post vitę mores non longe proterminans ab humanis exulavit. Austria regina Rosmunda coniuga viro simul et regno viduata, ac ad Juliensem ducatum admissa, ut precedenti libro scriptum reliquimus, a Calisto quoad vixit in summo honore est habita, ipsaque vita functa Calistus Juliensibus oppidum regitar munere elargitum, sibi reliquum ducatum adscivit impium ex illoque tempore sedes Aquileiensis <u>dominandi</u> occupavit exordia.

Peno esiliato.
Rosmunda regge il ducato, e dopo morta Calisto governa la città ed anche il ducato, primordii del dominio temporale dei Patriarchi

di carattere più recente
Contradicit sibi in eo quod dixit supra pag. de Rosmunda.

De morte Calisti, patriarce, ... cap. IV

Calistus re sedis patriarchalis abunde navata sedit annos duos et quadraginta, diesque vitę ultimos obiens morte interceptus pronoque, ędibus suis novatis attiguo interieptus humatur. Sedem igitur per Calisti mortem vacantem, eandem Pontefice maximo annuente, Signoaldus Juliensis Patriarchus suffectus est, assecutus. Cuius moratę vitę sanctitudo, cum eius clarissimo genere disparitate, videtur contendere. Is quidem ex Grimoaldi regia stirpe adplicione sanguinis vinculo fuit oriundus; et in vero alibi precedentis libri capite XIII adscripsi=

Calisto tumulato nel tempio da lui eretto

Signoaldo patr, del sangue del sangue di Grimoaldo re

mus., in ipsa Julii prima institutione Ducatus. Gisulphum Ducem ex universi Longobardorum exercitus, nobilioribus generosissimas decerptas familias apud se regia permissione detinuisse: inter quas Signoaldi familia apprime claruit; qui patriarchalem sedem assecutus amplis honoribus auctam et meritis et exemplo insigniter illustravit. Signoaldo demum a vita decedente, Paulinus Patriarcha instituitur; cuius vitae ineffabilem sanctitudinem, paupertas, oris humani, neque oratione, neque stilo pro meritis valeret intexere; quin a laudibus debitis omnino deflecteretur. Hic itaque Julii scatens prodigiis, christianae religionis terrenum sydus, dum vixit, est mulgatus; vita demum functus in Domino, rapaci coruscamine sydereis thalamis evectus, caelitibus aggregatur. Cuius prodigiosum corpus miros prepurissimos odores summa religione Juliensis veneratur ecclesia. Sancta itaque Aquileiensi sede vacante, a divo Paulino ad Popum Patriarcham intercessunt antistites XIV successivo ordine ad eandem sedem admissi; qui omnes Julii residentiam sistere maluerunt.

Paolino Patriarca

Paolino patr. santificato. si venera nella Chiesa di Cividale . . .

De sedis . . . . . . restituta. — cap. IV

Poppus Patriarcha, ubi primum sedis est consecutus imperium, ex Aquileiae reliquiis

34

Poppo patriarca ristaura Aquileja, erige il palazzo patriarcale

Occupa Grado,

Procura la traslazione della sede da Cividale in Aquileja

Ciò non avviene, per la malaria di Aquileja

ab excidio longa vetate collapsis, adhibita ex provincia undique fabrorum manuaria opera, ut civitas incoleretur, quo potuit ambitu tumultuario integravit; aedesque sibi justamque phanum, quo populi indulgentias petituri ampliter exciperentur, solerti cura novavit. Gradensi deinde sede expugnata, inque plebem ab apostolica sede adjudicata, alteram sedis Aquileiensis translationem a Julio studuit revocare, ejusque pristinori loco facere restitutam, venenarium situm ratus serpentum frequentia infectum, palustrisque ceno impendio tabefactum, contra aeris inclementia raro incola examurgari. An ex sententia opus absolverit, exitus acta probat; nam abinde cura populus nunquam spacio ulteriori quam biennium, vel ad summum triennium potuit educari, neque quis nisi insaniens, ac mentis inops, atque ultro moriturus, illis sedibus destitutis patitur succenturiari. Hei quoties incolas cubitum secedentes didicimus strangulis angues, volucri orbe delitescentes anteisse, livida insuper facie, quos compitis obvios deprehendis, anhelo gemuloque gressu reptantes; perinde ac utres conspicis tumefactos, quorum haud sine nausea cernis, cunibus otiis muscarum congeries mescari; septis quoque haud abest iumentorum tergora

rusticum aulcis exdorsari; virulenta denique tabes humanę vitę moras abrumpens, sordiūs fotum animalibus ædificia submi-nistraret; quo fit, ut inhabitandi ea Poppi frustrata sententia, subsequentes antistites oportuerit ad aeris clementiam Julium revenire.

Everardo patr. di famiglia longobarda da Cividale.

Inter quos Julienses Patriarcha tertius Everardus, ex Longobardorum clara familia Julii oriundus ad ędes Calisti patriarchales ętatis suę annos religiose deduxit; nec sine Juliensium laudibus dixerim eiusdem patriarcię in nostram ętatem ex genere propagato Everardum Cristallum dependere, qui et antistis natalem domum et prędium Premariaci, quo vivens utebatur, jure successorio est assecutus.

Discendente da esso Patr. Everardo è Everardo Cristallo possessore della casa e beni del patr. suo antenato in Premariaco

Translatione sedis . . . . . oppidum cap. v

Hostilibus incursionibus supersessis, in provincia tum castella, tum oppida ceperunt reassumptis viribus integrari. Arxque Hunnii loci comoditate convenientibus populis conflatur in oppidum, ubi patriarcę aliqui Juliensibus obirati residentias immutarunt. Hincque odium inter utrosque populos geniale oboritur; alii malunt ab Hunnis conditoribus ob inimicum provincię nomen auspicatum, odii emersisse exordia. Ego illud dixerim utraque occasione exortum. Novissimus

Udine ristaurato, ed accresciuto di popolo

Patriarca adirato con Cividale vi trasporta la sede

Da ciò l'odio fra Cividale e Udine

Lodovico Patr. ostile a Cividale.

ergo omnium Patriarcha Ludovicus ex ducibus Techis germanicus pro barbarica nausea Juliensis libertatis tedio affectus, Julium linquens, cum Hunnis maluit immorari; quibus ut allubesceret Julienses inoisos lacessere iurgiis, et infestare preticenter temeravit. Julienses ubi humorum odio hęc fieri perceperunt, obedientię iugum excutientes ab antistite defecerunt, pristinaque libertatem integrantes, quo acceptas iniurias vindicarent, antistiti simul et Hunnis refragantes bellum indixerunt.

Cividale intima guerra al Patr. Lodovico e a Udine

De bello Germanici patriarcę Juliensibus illato, de ejus fuga. cap. VI

Odiis in dies intumescentibus, ad bellum utrique animi accingunt; ipseque antistes Juliensium nuncio efferatus, humorumque dolosis pellectus consiliis, ipsorum atque ope auxiliaria Damnicalatus contra Julienses in belli provincia ultro inhiabatur; hincque ex provincia universa, primum rurestri peditatu coacto, ac deinde ex oppidis et castellis feudatarii equitatus acie aggregata, nec non Comitis Noriciorum copiis accedentibus, tumque conductiis militibus ex Pannonia contractis, ingentem numerosumque conflavit exercitum. Indeque Julienses ab exploratoribus belli cognito apparatu, mox agro incolis exhausto ab incursionibus intra Julii

Lodovico assedia Cividale

mœnia Julii protelatis, armentisque boum ac gregibus omnifariis in Alpium tutelam abactis, ne hostium præda fierent; tum in oppido stationibus per mœnia, perque vallum cunctim submunita custodia undique obductis, ac feris ad pugnandum compositis, intrepidi bellum efflagitabantur. Delectusque insuper iuventute robusta frequentissimus peditatus, qui incursiones hostiles profugaret, ac procul a mœnibus arceret. Legati quoque qui Venetias auxilia petituri abierant, accepto equitatus præsidio, applausu omnium intra mœnia recipiuntur. Antistes interea dum copias suas omnis recensuisset, castris omnibus Julium expugnaturus aggreditur, inque

Accampa a Botinico

Botinici vico millibus passuum duobus distracto ab oppido tentoria posuit; indeque incursionibus oppidum cœpit lacessere. Julienses ex adverso delecta manus pertinaciter repugnans procul a vallo hostes arcebat, captivos agens nonnullos intra mœnia victos. Incursiones huiusmodi iterabantur fere quotidianæ, Hunnis ex genuino hodio eas sæpius integrantibus, Juliensis peditatus ut funderet et truncaret, hostiliter insequens occursabat, exque desideratis manubias et spolia propalam cum gloria in oppidum

Sortite dei Cividalesi, raccontate da un vecchio combattente in esse

reportabatur. De talis nobis senior, qui temporibus illis extitit propugnator eo bello Huniensem loricâ amictum, parmaque a missilibus obtectum ex Juliensi statione jaculo missili pedem humi confossum non valuisse de loco decedere, nec superato vallo is relator prehensum trahere in stationem. Antistes iam pretereunte bimestre, videns quia nil pugnando proficeret, expugnationisque spes omnis frustraretur, armiductorum rogata sententia, obsidione soluta, ne ab hostibus interciperetur, relictis castris, expeditus noctu cum exercitu omni Hunium remeavit; indeque mox provinciam linquens e Germania adducturus auxilia, natale solum, unde venerat, repetiit. Exitiale subinde odium per aliquot annos vicissitudinariis incursionibus bellum inter duos populos integravit. Veneti, verum exitum ex sententia, temporisque nacti oportunitatē, quibus provincie dominandi ex longo tempore cupido incesserat, Juliensibus confederati

Sciolto l'assedio di Cividale dopo due mesi

Odio fra Udine e Cividale

Veneziani agognano a dominare in Friuli, collegati con Cividale

(rassatura di nome) .... senorem, acri ingenio virum, Hunis formidolosum, cum militaribus copiis ut Hunium expugnaret, assistere destinavit. Ad oppidum igitur positis castris, obsidionali bello res ipsa deservitur; nam Hunienses extrariis destituti

Veneziani assediano Udine

presidio, terriculosisque hostium viribus consternati, sese oppidumque dedere. Sic itaque Veneti a belli primordiis Juliensibus assistentes utrumque oppidum, provinciamque omnem per deditionem sunt consecuti.

Udine si rende ai Veneziani

De sede patriarchali . . . . cap. VII

Pulso Patriarcha illo germanico, Venetorum Senatuque provinciæ imperium subintrante, Julienses sui curis libertate condita victores evadunt. A Venetis ne contra jus ecclesiæ eos ipse videretur, annuente pontifice maximo, sedes Aquilejensis exinde quot annis censuali peculio numeratur, cuius sedis quidem titulus ab Germanici illius exilio lustris fere XIV apud apostolicæ sedis cardines comendaticius relegatusque in urbe delituit. Quoad patricius Venetus Nicolaus Donato, vir summa virtute, autoritateque Patriarcha suspectus exulantem illum ab urbe in patria reportavit; ubi ob residentia inter Julienses ac Hunios emulatione exorta, dies aliquot nutans benignus Præsul utram populorum capesseret sententiam; tandem Juliensium appræcationibus exoratus, dimotusque ab Hunis, cum Juliensibus maluit immorari, cuius auxiliaria ope planis neam ædem Divæ Virgini dedicatam Julienses ex pubblico novavere, oppido augustam

Veneziani pagano un censo annuo al patriarca . . .

Lodovico Patr. esiliato in Roma.

Nicolò Donato Patr. risiede in Cividale . . . .

Cividale ajutato dal Patr. Donato rinnova il tempio maggiore

specimen in ævum omnem famigerabile. Antistes itaque nomen ad posteritatis memoriam, quo eternetur, pro foribus templi decreto publico Julienses posuere.

Inscrizione al Patr. Donato posta sulla porta del Duomo

De Juliensibus plebani dignitate, deque ejus ornatu. cap. VIII

Tantæ molis ædem vetustatis pheno Julienses auctiorem pastore immodico effecere; nam preter urbis decus, donariumque Deo, eos impulit ad operem absolvendum necessitudinaria occasio duplex; altera pro Collegii frequentia Canonicorum, quo series longa divinis exciperetur obsequiis; quæ Italiæ nullibi numero patitur superari; altera quo patulis templi, de ambulacris frequentia populi ampliter admitteretur. Pro Collegii itaque amplitudine dictio spiritalis eorum vicatim in Alpes diffunditur, quous Juliensium fines proterminantur; campestrem quoque plagam Juliensium, suis finibus locoalio terminatam eo vincit quo superiorem dictio eadem spiritalis amplectitur; et preter propter tris alias plebis, Fagideam aliam, aliam Baganeam, aliam Reuneam, parili cura omnes eidem Collegio aggregatas; qui vero census, queve annuariæ pensiones ad frequentia Collegii tantam allumnandum plenis horreis congerantur; dicere nesinni, opulentius Patriarcha

Capitolo Cividalese e sua giurisdizione

Pievi soggette al Capitolo Cividalese

Tesori della Chiesa Cividalese

tu dimotis, nullibi tantam substantiam inesse provinciæ, quæ de parilitate possit contendere. De are quoque thesauris, quos pœdius atque per nosse templi ædituus incubat, eandem sententiam comprobarim, nam divi Donati patris patriæ capitis,ᶜᵘᵐ puro argento fulvoque auro celatum ad fabrefactumque, de cuius cervice et humeris splendentibus pendent monilia gemmis, præcipuis tantum diebus populi spectanda ad aram exponitur; quod caput quidem ex argento effigiatæ imagines hinc et inde medium comitantur; cruces que, aliquæ ex argento mixtimque auro conflatæ; fiales; vasa; punides argenteæ suppellectilis, calicesque innumeri, are ædituri parte continentur; et quod ad impensam maximum est omnium aram ante ipsum astare patulam vides tabulam ex argenti pura materia ubertim conflatam cunctim splendenti auro simul oblitam. Accedunt et huius are decori aurea pallia, paramenta vulgo dicta, vestesque aliæ textili auro squalidæ, quibus in divinis flamines amiciuntur. De Collegii quoque comitiis autoritatisque amplitudine cætera, ne nimietatis accuser, indigensam rem ipsam huniarim.

De Pontis mole bino arcu coniuncta · cap.: IX

Hactenus navata spiritalium amplitudine quę oppido insedet, phanique mole obiter actuata, ab oppidi urgente necessitudine, decorisque felicitatem: quę flumini iminet amplior nobis moles occurrit publicitus inovata, opus quidem et provincia arduum et impensa; nam oppido profundissima utrinque rupę diviso, medius gurgite tato pręterfluit Natiso; ubi Julius quondam Cęsar primum contra Germaniam hinc et inde ad utrianque rupem castra posuerat; quoque ad utrunque exercitum adytum gurgito interdictum permeabile referaret: ponte Sublicio, rupes utrasque coniunxit; quę ad ętatis nostrę usque memoriam tumultuaria eadem sequela posteritatis innovavit, antiquitatem imitata; parentes vero nostri priscę antiquitatis fama gestis invulgatam ęmulantes Sublicii exemplum, licet pontis, opus Cęsareum demoliti, ex imoque fluminis medio lapideam molem insurgentem educentes, cui supra pondium omnem pontis incumberet; excelso lapide bino arcu continuatus pontem ad fabrefactum, ea impensa et arte reddidere, ut ipsum prodigiosis piramidum specta-

Campo di G. Cesare al Natisone contro Germani

G. Cesare erige ponte in Cividale

Ponte di Cividale eretto

cuiij valeas adeque demirari. Ad tante,
igitur molis provinciam subeundum,
ingeniati ordinis architectorum judi=
cio adhibito, quanti pons ipse absol=
veretur relatum est calcij ac cesi lapi=
dis materia indiscussa duobus millibus
auri nummorum pro manuario pontem
ad fabrefieri; tum res in senatum deducta,
cumque consules discreti de more rogarent
sententias, Franciscus Claricinus et virtute

Francesco Claricini dona 100 zecchini per erigerlo

et genere inclytus rogatus sententiam, elo-
quenti facundia primum orationem habuit.
et ne retrorsum cuiusquam judicio res inter-
verteretur, quo minus evaderet, in coram
senatus, ut erat dapsili liberalitate inge-
nuus, auri nummos centum ex crumena
depromsit, quos obeundo operi dono datum
iri prestinavit. Huius ergo exemplo sena=
torii cetus quisque voluntario ere singulatim
mulctatur, eaque ex inde assium multa
congesta, que universo operi absolvendo de-
fieri minime visa est. Verum pro operis
immensitate ea totiens per oppidum re=
gionatim orbicularitur cunctimque repe=
tita est, quoad admirande molis pons
ipse perfectus sisteret.

De fonte iter . . . . cap. IX

Cum ad oppidi cuiusque necessitudinem aquis
primus bonas, felicitas atque precipua

confeatur, oppido nostro dixerim, et situs natura, et adhibita opera, aquis abunde provisum; in fariam eas nostrum oppidum subintrare irrigua felicitate conspicimus. Nam inde Natisonis celebre flumen lato cavoque cohibitum alveo, hinc ab vicinis Alpibus, mansuaro alveolo defluens rivus

Rivo derivato dal Natisone bagna Cividale

media quoque fori area scatens fons perennis, aquas oppido atque subministratur. De fluminis exortu, deque rivi lapsu, diseretim alibi memoriam perhibet, fons vero ab ultimę Alpis radicibus, quę oppido iminet oblongis vasculis fictilibus bitumine interstrato pressim insertis,

Fontana di Cividale

quę alibi Cornelio Celso teste, ab inventore Syllana nuncupantur, ductu subterraneo in oppidum actus, ex ï ąde addúta fori medio elystäm, quam ipsam vetustas ï et posteris ad fabrefactam efferit.

De eatu copia, reliqua clemente cap. XI

Ex agro Juliensi quą comeatus deferantur in oppidum, quove rerum omnigenarum exuberet copia, dixerim provincię nullibi tam benigne provisum; vini presertim ingata est generositas quędam, quę omnium comprobatione, cuique provinciali antistare preferatur. Fructuum at=

Prodotti abbondanti del Cividalese

Vini squisiti

que omnifaria ea est copia et amenitas, ut eisdem proletatem provinciam participare sit opus; carnium preterea, casei, pinguisque farine; ceterarum atque expediarum, quibus vescimur, quantitas ea eximitur, alpestris benignitate situs, que in provincie reliquum veniet diffundenda.

Clima ottimo di Cividale

Celi quoque eam clementiam ab vicinis Alpibus oppido irroratur, que sanguineam incolis presentiam imprimat, lividum tabescentemque pallorem abstergat, vividam denique salutem tueatur. Ventorum atque vis furens extera omnis imminentibus Alpibus illiditur, in qua inde declinans frustrata evanescit; cum vero hiems crudis incumbit algoribus, strepentis tantum boree, patore perflatili subeuntes, que Alpibus linquimur, stimulis agimur; quos pro lignorum copia ab vicinis Alpibus importata, domi sedentes exstillarentibus ignibus effugamus; postque vero hiems, fugatis procul algoribus, mitescens se ipsa lenioerit, estusque fervida flagrantissimo sydere furentu riatur, regio suburbane ad radices Alpium, apricis passim distincta

colliculis, in agellosque plures divisa, fructuum amenitate, ortarioque munere adeuntibus calores mitescere gerbit; hecet cui lucus opacum inumbratibus densatus arboribus, ubi lympidi scaturiant fontes, ad quos mille sonant dulci gutture carmen aves. Eo Julienses cum ocium est in negocio, laxandi aliquin animi gratia gregatim conveniunt, quorum alios vides deambulantes illis solis vitare calores; alii amictui in straagula effulto insedentem ad rivos pretereuntis aque, lymphas tum manibus, tum pedibus attrectantem, quo calor exurens irriguis cohumidatus aquis, uredine interfecta, defervecat. Ne igitur quenquam lateat, hi voluptuarii secessus patriciis tantum litteraria virtute vel animi alia generositate delibutis adhibentur. Plebes autem gregaria que sibi victum parat opere manuario deusta cute subdivo fert pondus diei et estus.

Villeggiature dei Cividalesi

Buone per nobili non per la plebe!

De Juliensium equitum numero.... cap. XII

De Juliensis ecclesie dignitate, deque situ oppidi ac publicis comodis, nec non veterum monumentis opere referato; turpe veterum recensuisse arbitrati sumus, ni posteritatis honos sub=

intraret; quę ut priscorum stemata, possit adeque denuinari, eaque lege Ju=lium non veteri fama tantum, sed pręsentibus viribus existimandum. Julienses itaque patres juris publici ab Austriç regina munere elargiti, intra fines agri, ac oppidi męnia, in hanc usque diem populis cunctim, jus utrunque, tum civile, tum criminale dixerunt; quodque a a sui primordio felici auspicio paratum est, Diis faventibus, meliore fato ęternabitur. Patricii siquidem ordinis familias oppido superesse sex et quinquaginta colligimus, e quibus semestri singulo senatus ipse novat; et tantę igitur nobilitatis frequentia non defuere cives insignes autoritati, qui fascibus obeundis aliis antistarent. Nostra namque ętate equites quattuor auro splendidavit Cęsar Augustus: ex Frumentina familia Adam et Helya, ex Boyana Franciscum, de qua Federicum Patriarcham proceresque nonnullos didicimus oriundos; ex Turrigena inclitum Georgium rerum gestarum gloria omnium clarissimum, qui Cęsaris secutus est curiam, et ob id in eam fortunę tutelam receptus, ut apud Charynthios comitatum, apud Carnones castellum duplex, atque alibi amplissi=

Giurisdizione di Cividale

Famiglie nobili di Cividale 56

Cavalieri aurati 4 in Cividale.

Formentini Adamo ed Elia.

Bojani Francesco, alla cui famiglia appartenne Federico Patriarca, e derivarono varii nobili

della Torre Giorgio, ambasciatore Cesareo a varie corti

Loch castello donato al Toniano.

meę ditionis censusque innumeri Loch castellum, Tolmineo agrum conterminans proterius fit assecutus. Is nostrę pro fidei suę prestantia, eo adplicior gradu Cęsaris aure propius admittitur compellare, qui et principibus, regulisque aliis prorsus interdicatur. Ut vero legatus Cęsaris tulerit mandata per orbem, utque Pontificem maximum orator adyerit, inclytumque Ferdinandum Parthenopes regem, atque glaciatis poli sub clymate duro Scitharum ultimas orbis oras attigerit, ac maris, terręque vias, quo ad intrepidus exanclaverit, opere pretium est audire. Georgio itaque meo nemo est omnium, qui idiomatis cuiusquumque linguam norit eiusdeus exterrare; sed num prolapsus ego proceris tanti velim historiam intereisse recensuisse! Non, mihi si linguę centum, oraque centum.

De Jureconsultorum ordine. cap. XIIII

Ciceronis sententia in Officiis persuasi, de honore et gloria quodde ceteris comodis paratius dimicare, Jureconsultorum ordinem auratum equitibus proximum applicabimus, quos Patavia legum, canonumque gymnasia lucubrationibus atque vigiliis sitissime instaurere. Hi nostro studio

decennali, quotidianis lectionibus inhaerentes, eisque pensiculate digestis, die advesperante de more ad circulos fori in eas argutias prodeunt, quarum resolutione clara suscitantur ingenia, opusque est ut torpor omnis e pectore, omnis facessat ignavia. Ex eo igitur officio palmae meritum quicumque causatus, decreto collegii donat insigniis, insignitusque proprios repetit inde lares, reipublicae comodis, domusque suae splendori futurus auxilio. Ad oppidi itaque decus et gloriam patricii nonulli seculo nostro evasere doctores, quorum bibliothecas volumina frequentia refertas ad amicii, tum studiique exercitationem necessitudinarias sibi quisque decrevit. Famigeratos primum theologos, tum praedicatorum, tum minorum suos utraque sortitur religio; artis deinde medicae magistros ad oppidi necessitudinem publica stipe conductos, quantum in annalibus graphice vetusta tertat memoria, seu divino munere, seu cura senatus, omnium provinciae primarios foro fortuna nobis indulsit. Adestque nostris temporibus oppidi praesidio Antonius Pronius patriciae civilitatis addictus consortio, qui cura ultraque montes prodi=

Peonio antonio medico in Cividale

giosa sanctitatis beneficio in plures restituto, pro altero Esculapio cunctim famigeratur.

Giureconsulti 12 in Cividale

Jureconsultos vero duodenarium numerum oppido excedere nostras ignorat nemo, quorum nomina genealogia, ceteramque historiam singulatim recensere, operis nimietate truncavimus; duo tamen ex eis columnae, quae pro aliis fiant exemplum in

Conti Francesco giureconsulto

medium proferantur; alter Franciscus Comes, in juris interpretatione primarius, alter . . . . . . summatis praeferens praesentiam justitiae quam ex facundia pollet, ut in dicendo provinciae iubar sit munulgatus. Confusaneae vero disciplinae argutulos causidicos opus ego inhuberes, qui ad Decuriae judicium, seu ad pares sententiarum blaterant causas, jureconsultorum commercio, qui venerandas morisanctiones imbiberunt, nequaquam diverim adhibendos, imo nec nostra memoria dignos.

. . . . cap. XIV

Ad oppidi gloriam Juliensis ecclesiae dignitatem prosequentibus nobis auspicium aliud zenobitarum decus occurrit, quibus oppidum diversa utriusque sexus religione illustratur. Hinc itaque moenibus attiguum patens celebreque includitur zenobium praedicatorum

Convento de' PP. Predicatori ed altri in Cividale

frequentia refertum, inde suburbanum ves=
talibus virginibus, celibi sanctitudine a
virili contubernio interdictum, Divo Domi=
nico utrunque dedicatum; Seraphico atque
Francisco indita deque zenobia duo, al=
terum immense molis ad Natisonem in=
tra menia situm, alterum loco compertis
zenobitis heremiticis degentibus dedicatur
ab oppido quingentis passibus distrac=
tum. Extant preterea sub divo Benedi=
cto virginia alia duo vestalium frequen=
tia referta, hinc et inde ex opposito
situ, que inter utrunque preteriens
dividit Natiso.

Ospitali due sul Natisone

Hospitalia identidem di=
versoria duo mendicantibus patent qui=
bus gratis excipiuntur, gratisque al=
lunnantur, ne itaque morbo affe=
tis deesse miserationis suffragia vi=
deantur, his qui ulcera lepre inquie=
tantur superadditum est seorsum,

Ospizio per Leprosi a S. Lazaro in Cividale

divisimque hospicium divi Lazari
phano attiguum, ubi eo morbo op=
pressi vite comodis ampliter admi=
niculati conquiescant.

De academico ordine. cap. XV

Aliis litterarie professionis insignia as=
secutis intermicare conspicimus
ordinem viridanti lauro redimitum,
qui academicus apud antiquissimos

romanorum primum est invulgatus, eundem oratoribus atque poetis coeppinatur additum, quorum suppetiis scientię cuiusquomque sententię ad orationis auguste specimen pensiculatę modulateque illustrantur, p vero mavis lascivire poetis carmine id adeque effecies ordinis nostri huius ubique terrarum nullam habet frequentiam, nem pauci quos ęqus amavit Juppiter, aut ardens evexit ad ęthera virtus.

De ordine administrande justitię. cap. XVI

Cum inter pubblica comoda, potissima omnium aurea libertas aliis prefe=ratur, eam provincię nullibi quam oppido nostro largius attributam comprobatur. Ad oppidum itaque gloriam quod ad publicum refert comodum, munere Venetorum a tyrannide vivitur libere, presidis presentia omnis abest, satellitum cum extorsione nulla datur prehensio. In senatus comiciis sententiarum foro decuriones decernunt quas causas iudicandi potestas est attributa. ab eo foro in senatum sententia obliquata quecunque defertur pro meritis veritate discussa, serio iudicatoque definitur: homicidii vero, furti, capitalisque facinoris cuiuscun=

Giurisdizione civile e criminale di Cividale

que sicarii, senatus decreto satellitum prehenditadunter cohorte; prehensi decurionii tradunt sublicis, ubi violentate excutitur veritas, eaque causa institutus editum, inque populi coram facinorosis delictis, inquinatissime vite publicatis, a turbis diudicantur, Adiudicatasque penas vel securi, vel necili fine, lictor exequitur.

. . . . cap. XVII

Patricias singulatim recensere familias populi frequentiam, atque mancuarias artes fabrorum per vicos divisas passim, officinas mercaturam, ceteramque accolarum industriam, illis hec addicatur provincia, quibus scribendi perinde deest materia, ut deerit quondam Marcuan, cum de Hunis scripsit historiam, qui vel natus dignitatis antique quod celebrari potuisset, temerata fide historica, oppidi angulis usque rimatus, cloacas voluit adeque demirari . . . . fecisque provincie festuariam historiam atque atque prosecutus. Nos non Juliensem historiam, vel summatim adorti nimietatem hanc curiosam protinus amolimur. Habetis itaque patres conscripti summario opere, ab oppidi primordio in hanc diam patrie

Marcuan storico di Udine che descrisse minutamente detta città.

restitutionem vestro nomine compillatam. Valete, et plaudite: Canusius recensui.

Finis laudet Dominus.

(dello stesso carattere) Quinctii Aemiliani [illegible]
cuon in pontem Sublicium Juliensem.

Pontem sublicium dice vetustum
Nunc stratum silice: arcubus duobus
Quem tu sic pedibus pedibus premis sedentem:
Quanti, te precor, estimas locatum!
Aut quot millia curruum tulisse!
Qua nunc materia est fabris fabratus!
Haec tu, quum benecogitaris, utrum
Auctores superet suos: videto
Scire hoc te volui hospes: et valere.